



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 14. Regis consilium de Connestabili plectendo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

quii præmium facile Geldriæ Ducatum Sæcul. XV.
 aucupari posset: ut vero eo certius sua A.C. 1473.
 consilia ad optatum perduceret exitum;
 Ideo Arnoldum insolitis cumulabat hono-
 ribus, ejusque animum variis obsequiis
 tam arcte sibi devinciebat, ut ille, A-
 dolpho suo filio ab hæreditatis jure ex-
 cluso, Burgundum Geldriæ hæredem
 scriberet. Non deerant Adolpho, licet
 captivus esset, inter Patris sui subditos
 Amicorum quam plurimi, qui ei opem
 ferre non modo spondebant, sed & ex-
 tremos pro eo adhibebant conatus, cum
 vero viribus ac numero impares essent,
 potentioribus cedere compellebantur. Er-
 go Burgundiæ Dux Geldriæ Ducatum
 occupat, suoque imperio adjungit. Idem
 crescente in novas opes fortuna tam im-
 modica efferebatur superbia, ut stimu-
 lante ambitionis impetu non solum Du-
 catum suum in regnum erigere, sed e-
 tiam Rex Romanorum appellari ambiret,
 hancque in rem filiam suam Maximili-
 ano Friderici Imperatoris Filio in con-
 jugem dare tentaret.

§. XIV.

*Regis consilium de Connestabili
pledendo.*

Ludovicus XI. Connestabilis Sancti Pau-
 li Comitis perfidiam, & clandestina,
 G g 3 qui-

Sæcul. XV. quibus bellum fovebat, molimina ulcisci
 A.C. 1473. decernit; Ast rem aggredi absque opera
 & Burgundiæ Ducis conspiratione minus tutum, eum vero in hanc sententiam pertrahere difficillimum erat. Præterea Connestabilis adhuc dum occupabat oppidum S. Quintini aliasque civitates satis munitas, quæ omnes Gallias inter & Flandriam sitæ fuerant; tantam quoque officii sui dignitas eidem auctoritatem conciliabat, ut omnes ferme Nobiles suo obsequio addictissimos haberet; & quod plus est, ejus etiam imperio Hamona & Bohemium urbes parebant, ac denique totius pene Belgii partem, quæ a Caletensi agro ultra Insulas urbem procurrit, jure domini possidebat. Opportune tamen Regis consilium adjuvit vehementior in Connestabilem Burgundi indignatio. Hic enim memori adhuc animoolvebat fraudes, quibus ad filiam suam in uxorem Aquitanniæ Duci tradendam a Connestabili adigebatur. Itaque nec Galliarum Regi, nec Burgundo deerant obtentus, quibus dolorem ob injurias conceptum severa in Connestabilem ultione explere possent. Rex prior vindictam parat, ac Burgundiæ Ducem ad opprimendum Connestabilem impellit, hancque in rem Franciæ Deputatos ablegat, qui durante induciarum tempore Bruxellis totum negotium pertractarent;

Bohain.

Lille.

rent; Hos inter & Burgundiæ Ducem Sæcul. XV.
 communi consensu decretum est collo- A.C. 1473.
 quium, quod in Bovintaciana urbe haud
 procul a Namurco dissita haberetur. In
 hoc congressu Connestabilis vita in dis-
 crimen adducebatur, eoquod sententiam
 in eum ferendi facultas data esset qua-
 tuor arbitris, Curtonio, & Joanni He-
 bergæ, postea Ebroicensi Episcopo, nec-
 non Hugoneto Cancellario, atque Imber-
 curtio, quorum primi duo natione Gal-
 li, ceteri vero Flandri erant, omnes qua-
 tuor Regi, Ducique addictissimi.

§. XV.

*Connestabilis a Regis & Burgundi
 Deputatis ad mortem damnatus.*

Hi quatuor mox in eandem abiire sen-
 tentiam, ac communi suffragio pro-
 nuntiarunt, quod Connestabilis non mo-
 do in Francia, sed & in Belgio tanquam
 Regiæ Majestatis reus esset publicandus,
 necnon juncto Regis ac Burgundiæ Du-
 cis auxilio comprehendendus; proin-
 quisunque eorum prior Connestabilem
 capturus esset, in eum iudicii acta instrui
 curaret, illumque octavo post captivita-
 tem die mortis supplicio afficeret; Dux
 vero Burgundiæ pinguiorem spoliis partem
 sibi vendicaret, nimirum, S. Quintini op-
 pidum, Hamonam, & Bohemium urbes,

G g 4 necnon